



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 102. Hisce statutis Theologi Pontificii adversantes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

Sæcul. XVI. dinalis, quod hæc capita in eodem Con-
A. C. 1562. cilio jam fuerint olim discussa, solumque
 illorum promulgatio ipsis defuerit, ade-
 que, ut cum majori promptitudine res
 absolvatur, Patres in suis disquisitioni-
 bus breviores esse possent: Granatenus
 quoque Archiepiscopus, necnon Quin-
 queecclesiensis Antistes subjecere, quod
 quæstioni de Sacrificio Missæ adjungi
 posset examen circa Sacramentum O-
 dinis, ut pariter articulus de residentia
 decidi valeret: verum eorum petitioni
 non annuebant Patres.

§. CII.

*Hisce statutis Theologi Pontificii
 adversantes.*

Pallav. n. 10. **H**isce statutis Pontificis Theologi con-
 sentire recusabant, contendentes,
 quod omnibus ea differendi libertas re-
 linquatur, quam quisque pro argumenti
 dignitate necessariam duxerit: ut vero
 opere ostenderent, quod ita se gerere de-
 crevissent, Salmeron horum Theologo-
 rum præcipuus die vigesima prima pro-
 ximi Mensis Julii totum confessus tem-
 pus sibi soli vendicabat, ex tredecim illis
 articulis examini subjectis circa septem
 primos differens: altera autem die Tor-
 res ejus Socius pariter tam prolixum ha-
 bebat sermonem, ut reliquorum opinio-
 nem excipiendi opportunitas deeslet.

In

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

In fine sui sermonis Torres repe-
bat explicationem horum verborum ex
sesto sancti Joannis capite desumpto-
rum: *Nisi manducaveritis carnem Filii ho-*
*minis, hæcque verba non nisi de sacra-
mentali communione accipienda propugna-*
*bat, hisque addidit, quod in primo dog-
matis capite in priori decreto id vide-*
*retur ambigüe propositum, ac proin ne-
cessarium esset, ut in Sessione proxima*
aperte declararetur, quod Sanctus Joan-
nes hoc in loco duntaxat de Sacramen-
to ageret: si quis vero, prosequebatur i-
dem Theologus, aliter sentiret, ad Sy-
nodus provocabo. Hæc oratio vehe-
menter commovebat Legatos, adeo, ut
Simonetta hujus Theologi temeritatem
reprimi, atque per illius castigationem
aliis metum incuti postularet, idque pro-
xima occasione executioni dandum, con-
fessere Patres: prius tamen Legati da-
tis ad Cardinalem Borromæum literis
nominatim de Salmerone querebantur,
eoquod ob ipsius importunitatem e suis
statutis primum articulum de differendi
tempore Theologis præscripto expunge-
re coacti fuissent, id vero eorum dignitati
plurimum derogaret, simulque Synodi
res, quæ tamen cum majori celeritate ex-
pediri potuissent, longius protrahen-
di necessitatem imponeret.



Hist. Eccles. Tom. XLV. P HISTO-

